



## **Codex diplomaticus Brandenburgensis**

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für  
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche  
Haus-Angelegenheiten

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

2. Erzbischof Conrad von Magdeburg schließt mit den Herren zu Werle,  
Mecklenburg und Rostock, imgleichen mit dem Grafen von Schwerin und  
dem Fürsten Witzlaf von Rügen ein Bündniß gegen die ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56615)

amoris causa ullatenus hoc omittant, quin in iure vel amicitia hoc componant, et tactis reliquiis hoc iurabunt quod omnem diligentiam quam possent adhibeant bona fide, quorum iudicio si forte terminari non posset, debent duo nobiles adhiberi, qui ad componendum ea, que orta sunt vel oriri possunt, suum apponant studium pura fide, per quos si non fuerit terminatum, ad dominos Marchiones erit recurrendum, et sicut ipsi statuerint firmiter obseruandum. Etiam si aliquis istorum hominum, vel nobilium decederet, loco illius debet substitui alius eque dignus. Secundum hec prescripta dominus Dux de Brunefwic, sui fratres et heredes eorum cesserunt ab omni actione vel inpetitione, quam habebant contra Ducem Saxonie, tam pro castro Hyddefackere, quam aliis quibuscunque, et dominus Dux Saxonie uersa uice cessit ab omni actione quam habuit contra illos. Vt hec firmiter obseruentur utrobique, principes supradicti inter se promiserunt manualiter fide data. Huic compositioni intererant et sunt testes: Ingenuus princeps Henricus, Comes Ascharie, qui promissum recepit utrobique, Comes Adholphus de Dannenberg, Conradus de Boldensel, Henricus de Homburg, Geuehardus de Bortvelde, Heno de wenethen, Burchardus de Zwegen, Gerhardus de Kerkowe, Geuehardus de Aluenfleue, Johannes de Crakowe, Georgius et Thidericus, fratres de Hyddefackere, Jerricus de Berfscampe, Fridericus Barvot, Winandus, Anno Dapifer, Ericus de Gardeleche et alii quam plures. Actum et datum in villa Bredenvelde, Anno domini Millesimo CC<sup>o</sup>. LVIII<sup>o</sup>. II. kal. Marcij.

Nach Suidendorfs Urkundenbuch zur Geschichte der Herzöge von Braunschweig und Lüneburg und ihrer Lande Th. I, S. 31. No. 46.

2. Erzbischof Conrad von Magdeburg schließt mit den Herren zu Werle, Mecklenburg und Rostock, ingleichen mit dem Grafen von Schwerin und mit dem Fürsten Witslaw von Rügen ein Bündniß gegen die Markgrafen, am 1. Mai 1272.

Nos Conradus, dei gracia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, Notum facimus vniuersis auditoris presentes litteras et uisuris, quod vir(is) nobilibus, domino Nicholao de Werle, comiti Guncelino de Zwin, domino Heinrico Magnopolensi, domino Witzlao de Rugin, domino Woldemaro de Rostoc, dominis Slaue, et eorum filiis astrinximus data fide, nos et nostrum capitulum nostros similiter fratres iuratos, dictos dominos Slaue adiuuare bona fide, toto posse, werra eorum durante contra dominos marchiones Brandenburgenses, et deinceps quoad uixerimus ipsis assistere debemus contra eosdem dominos marchiones et contra quemuis uolentem ipsos iniuriose destruere, illustribus principibus Alberto,

duce de Brunswic, marchione Thiderico de Landesberch, Johanne et Alberto ducibus Saxonie dumtaxat exceptis, contra quos nichil poterimus attemperare, nisi dicti principes terminos Slaue uolenter inuad(ere)nt, tunc ad defensionem terre dominorum Slaue eis debemus cum iuratis fratribus nostris adesse (u)iriliter et prodesse. Ipsi uero domini Slaue uersa uice obligauerunt se fidei datione nobis et nostro capitulo, nos iuuare et nostram ecclesiam contra dominos marchiones Brandenburgenses, si pro domino Erico, proposito, fratre eorum, quoquo modo guerram contra nos et nostram ecclesiam decreuerint suscitare. Item contra ipsos et contra omnes, qui nos indebite et iniuste perturbauerint, debebunt similiter nos iuuare bona fide toto posse, ipsi, quoad uixerint, et eorum filii, sicut ipsi. Commisimus autem duobus arbitris, scilicet illustri domino comiti Sifrido de Anahalt et viro nobili comiti Conrado de Wernigerode, nos et nostram ecclesiam et coadiutores nostros, et ipsi se duobus, domino Nicholao de Werle et comiti Guncelino de Zwirin, similiter commiserunt, qui, quando quis iuuandus sit, per fidem suam indicent partibus, illi quidem arbitri dominorum Slaue nobis, et arbitri nostri illis, et postquam nobis significatum fuerit de adiutorio, a tempore monitionis illorum arbitrorum emisse ad nos ad mensem ei qui passus est iniuriam potenter in auxilium uenimus, et e contra, quando nostri arbitri per fidem suam pronunciauerint dictis dominis Slaue, nos et ecclesiam nostram esse iuuandam, ipsi domini Slaue nobis prestabunt auxilium similiter infra mensem. Si uero aliquis dictorum arbitrorum decesserit uel haberi non poterit, loco eius substituendus erit alius infra mensem. Quando uero guerram aliquam intrauerimus occasione dominorum Slaue, uel ipsi occasione nostra, si fines dominorum Slaue attigerimus cum nostris armatis, nobis et nostris hominibus de expensis prouidere debebunt; postquam uero nobis in adiutorium fines nostros intrauerint domini Slaue, nos eis expensas debemus et suis hominibus ministrare. Is quoque qui expensas ministrauerit id quod gedingede dicitur percipiat in subsidium expensarum. Postquam autem guerram intrauerimus, nos pro ipsis uel ipsi pro nobis, neutra pars inire debet treugas aut concordiam sine alterius uoluntate. Sequemur autem dominos Slaue usque ad fluuium Edram et usque ad mare attingens fines Slaue; ipsi uero sequentur nos usque ad Weseram et ad flumen Vnstrvt, item trans Oderam usque ad fluuium Netce dictum. Post (dece)ssum eciam nostrum astabit nostrum capitulum dictis dominis Slaue, et domini Slaue nostro capitulo uersa uice (resp)ectum habebunt sibi inuicem de mutuo auxilio et seruicio faciendo, prout superius est expref(sum). In cuius tractatus euidenciam sigilla, nostrum scilicet et nostri capituli et fratrum iuratorum, presenti littere duximus apponenda. Acta sunt hec Magdeburg, anno domini M°. CC°. LXXII°. kalendas Maii, presentibus magistro Waltero, decano, domino Bernardo, celerario, Gunthero, custode, Siffrido, cantore, magistro Ritzero, scolastico, nostris canonicis; laicis quoque: illustri comite Siffrido de Anahalt, comite Burchardo de Mansfeldt, comite Conrado de Werningerode, comite Olrigo de Regenstein, comite Meinero de Sladun, domino Ottone de Hadmersleue, fratre Heinrico, commendatore domus hospitalis de Mirowe, domino

Richardo de Lunenborch, canonico Zwirinenfi; ministerialibus eciam nostris: domino Heinrico de Rigowe, Gumperto de Alesleue, Richardo, dapifero, et aliis quam pluribus fide dignis, quos huic scripto pro testibus annotamus.

*nach Fabricius Urk. zur Gesch. des Fürstenth. Rügen III, 16. 17.*

3. Die Markgrafen Otto, Albert und Otto bestätigen dem Kloster Dargun die ihm von Herzögen von Pommern und Herren von Wenden vereigneten Besizungen, welche sie dem Kloster ohne Zustimmung des Vaters der Markgrafen eigentlich nicht vereignen durften, um das Jahr 1280.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Otto, Albertus, Otto, dei gracia marchiones de Brandenburg, omnibus in perpetuum. Cum dilectio dei, pietas simul et honestas omnes homines ad hoc inducere debeant, ut viros religiosos promoueant et defendant, vt a causarum tumultibus exuti, in multitudine pacis et quietis liberi, solummodo uacent laudibus creatoris, maxime tamen principes terrarum ad hoc inclinari debent, quos deus intelligencia saniori illuminauit, maiori potentia firmauit diuiciisque amplioribus honorauit, vt eorum oracionibus adiuti sic transeant per bona temporalia, ut non amittant eterna. Hinc est quod ad presentes et posteros volumus peruenire, quod nos ob honorem dei et gloriose virginis Marie clauftro Dargun Cystercienfis ordinis fratribusque ibidem perpetuo deo famulantibus omnem proprietatem, quam habent usque ad hanc diem a ducibus Pomeranie, Buchezlao uidelicet et Cazimaro, Wartzlao ac Barnim et a nobilibus dominis Slauię, Hinrico, uidelicet de Werle filiisque suis Johanne, Nicolao, Burwino, Pribizlao et heredibus eorum, sicut priuilegiis suis probare possunt, quam isti sine consensu patris nostri dare non potuerunt prenominato clauftro, liberaliter damus et presentibus in perpetuum confirmamus, ita dumtaxat vt si predictam proprietatem per mortem dominorum terre seu quocumque modo ad nos uel ad nostros heredes deuenire contingerit, nichil iuris in proprietate dicti clauftri nos nec heredes nostri nobis addicere debeamus, sed fratres predictę domus tunc, sicut nunc, gaudere debent perpetua libertate. Vt igitur hec nostra liberalis donacio semper firma permaneat, presentem litteram inde conscriptam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Testes huius rei sunt:

*Lisch, Mecklenb. Urkunden I, 159. Der Herausgeber fügt dem Abdrucke dieses Documentes, das sich im Großh. Geh. u. Hauptarchiue zu Schwerin befindet, die Bemerkung hinzu: „Hiermit schließt die Urkunde, welche auf einem großen Pergament in einer schönen, großen Minuskel in weit auseinander stehenden Zeilen geschrieben ist. An der ersten und dritten Stelle sind zwei runde Löcher zum Durchziehen einer Siegelschnur eingeschnitten; an der mittlern Stelle hat ein Siegel gehangen, welches mit dem umgebenden Pergament aus der Karte herausgerissen ist. Bei der Urkunde wird ein Siegel an einer Schnur von*